

Des zcu merer bekentnisse vnd steter ewiger haldung ist vnsers capittels grosse ingesigel zcu der vorgnanten vnsere gnedigen herren herzog Friderichs vnd herzog Wilhelms maiestat vnd insigeln auch an dissen brief gehalten, der gegeben ist zu Missen an dem nehsten sonntag nach sent Kilians tag nach Cristi vnsers herren geburt virczehnhundert darnach in dem funffvndvirczigsten iaren.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen. Mit den Siegeln des Kurfürsten Friedrich (mit Rücksiegel) an schwarzgelber, des Herzogs Wilhelm an rothweisser und des Capitels an schwarzgelber seidener Schnur.

No. 994. 1445. 19. Juli.

*Georg von Saluzzo, B. von Lausanne und Legat des Baseler Concils beauftragt den B. von Meissen oder dessen Generalvicar, wegen der Störungen, welche durch den gleichzeitigen Gottesdienst in der Domkirche und der mit dieser verbundenen Marien-(Fürsten-)Capelle entstehen, Erörterungen anzustellen und geeignete Abhilfe zu schaffen.*

Venerabili in Christo patri . . . episcopo Misznensi, aut eius in spiritualibus vicario generali Georgius de Saluciis dei gratia episcopus Lausanensis et comes, a sacrosancta generali synodo Basiliensi universalem ecclesiam repraesentante ad nonnullas Germaniae partes legatus specialiter deputatus salutem et sinceram in domino caritatem. Sua nobis nobilis Fridericus dux Saxoniae sacri Romani imperii archimarescallus et princeps elector lantgravius Thuringiae ac marchio Misnensis petitione monstravit, quod nonnunquam ex decantatione missae necnon horarum beatae Mariae virginis ac vigiliarum mortuorum, quae ex fundatione dotatione et ordinatione ipsius domini ducis in capella ad honorem gloriosae virginis Mariae dedicata singulis diebus decantari consueverunt, divina in ecclesia Misznensi et capella praedicta, quae eidem in parte occidentis contigua est, perturbari aut saltem in consuetis horis decantari contingit, supplicari fecit nobis humiliter super his opportune provideri. Nos igitur de praemissis certam notitiam non habentes circumspectioni vestrae autoritate legationis nostrae qua fungimur in hac parte tenore praesentium committimus et mandamus, quatenus de et super praemissis omnibus et singulis vos informetis diligenter, et si per informationem huiusmodi ea ita esse idque ad augmentum divini cultus in ecclesia et capella praedictis cedere inveneritis, super quo vestram conscientiam oneramus, mutationem et ordinationem cantus et divinorum in capella huiusmodi, etiam si aliquibus anni temporibus expedierit antequam dies elucescat, fieri decernatis et alias in praemissis et circa ea provideatis, prout congruentius et commodius absque turbatione et pro divini cultus huiusmodi augmentatione vobis faciendum videbitur, constitutionibus et ordinationibus apostolicis statutisque et consuetudinibus dictae ecclesiae Misznensis ac ceteris in contrarium editis non obstantibus quibuscunque. Volumus autem, quod in dicta capella beneficiati seu alii officiiati quoad decantationem missae ante diem privilegio seu concessione huiusmodi parce utantur, quia cum in altaris officio imoletur dominus noster Jhesus Christus filius dei, qui est candor lucis aeternae, congruit hoc sacrificium non noctis tempore fieri, sed in luce. Datum Heydelbergae Wormatiensis diocesis sub nostri quo utimur appensione sigilli die